

1183 Bonum exemplum iunioribus, ne quis refugiat
penam, cum inciderit in culpam. Ceterum despe-
rantes de isto omnes in communi aggressi sunt
dominum Godscalcum, hinc¹ fratres eligunt, inde
obediencie lora constringunt, quibus non erat fas
resistere viro humili et mansueto et maxime
ordinationi divinae. Cum tandem cum fratribus
sibi designatis destinatum attingentes iter per-
venerunt Moguntiam, ubi dominus Daniel conse-
crandus eos expectaverat, sed iam consecratus
necesserat.¹ Reliquerat autem in expectatione ipso-
rum quosdam alios cum equis sufficientibus, in
quibus eum sequerentur. Quos prima nocte super-
ventus sui videntes contentionem inter se habuerunt,
quis quem equitare deberet. Cum ecce fures de nocte
contentionem diremerunt et sublati equis fere
omnibus contentionis simul et equitationis
finem fecerunt. Mane facto nihil invenerunt in Psalm. 75, 6
manibus suis et dici non potest quanto labore
et miseria pedestri itinere media hieme post natales
dies per immanissimas nives Pragam usque et in
Arago pervenerunt. Adventum eorum circa festum

Jou. 20 Fabiani et Sebastiani, cum in crastino die, videlicet

Jou. 21 beatae Agnetis, abbas Godscalcus rogatus dicere

(1149)

1) Noue Buzung 1144, Jou. 31, f. obit R. 22, Ann. nob abis nist
primum kann, da die Mönche für ihn 20. Januar in Prag
ankommen. R. obit R. 22 Ann.